

per fines superius expressis ut dictus dopnus Bartholomeus procurator dicti Monasterii vel dicte domine abbatisse et conventus predictam vendicionem habeant dominantur et possideant et de eis quod voluerint faciant cum superioribus et inferioribus cum introytibus et exitibus suis et cum omnibus in eis. constituto se procuracione ac tenere et possidere predictam domum partem dictarum terrarum et vinearum et palmenti nomine et pro parte dicti Monasterii et eius conventus donec dictus procurator vel dicta domina Abbatisa de rebus predictis possessionem acceperit corporaliter ex qua vendicione et tradicionem confixa est dicta Anthochia recepisse et habuisse a predicto dopno Bartholomeo procuratorio nomine et pro parte dicte abbatisse et conventus uncias auri octo totum videlicet precium vendicionis ipsius. unde predicta antochia (*sic*) dedit dicto dopno Bartholomeo *etc.* contra que *etc.* pignori se suosque heredes per omnia bona sua *etc.* donec perlecta omnia adimpleantur et predicta Antochia iuravit ad Sanctum dei evangelium predicta omnia adimplere. Renunciavit eciam exceptioni doli mali metus *etc.* Quod scripsi ego predictus Maurus puplicus andrie Notarius qui predictis interfui. (*Segue il tabellionato*).

† Tancredus de Iudice Angelo iudex andrensinos (*sic*).

N. B. — È tagliata nel piede e non vi sono altre sottoscrizioni.